Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



43.

Non est uestrum nosse tempora uel momenta que pater
posuit in sua potestate. sed accipietis uirtutem supue
nientis spiritus sancti in uos. et eritis mihi testes in hierusalem. et in
omni iudea et samaria. et usque ad ultimum terre.
Et cum hec dixisset. uidentibus illis eis. leuatus est. et nu
bes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum
euntem illum. ecce duo uiri astiterunt uiris illis in uesti
bus albis que et dixerunt. Viri galilei. quid statis aspi
cientes in celum. Hic ihesus qui assumptus est a uobis in ce
lum. sic uenet quemadmodum uidistis eum euntem in celum.
Et illi. Recumbentibus undecim Sc̄ō ꝯ marcū.
discipulis apparuit illis ihesus et exprobrauit incredulitatem
illorum et duriciam cordis. quia his qui uiderant eum
resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in
mundum uniuersum. predicate euangelium omni cre
ature. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit.
qui uero non crediderit condempnabitur. Signa autem eis qui
crediderunt. hec sequentur. In nomine meo demonia ei
cient. linguis loquentur nouis. serpentes tollent. Et si
mortiferum quid biberint. non eos nocebit. Super egros
manus imponent. et bene habebunt. Et dominus quidem
ihesus postquam locutus est eis. assumptus est in celum et sedet a
dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt ubique.
domino cooperante et sermone confirmante sequentibus signis.